



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

parrochianos, nunc autem desinit habere, idem vult glo. in verba collegiaras. in c. statutum de electio. lib. vj. pro qua opin. est text. in c. pastoralis. vij. q. j. licet Inno. in d. c. de multa. quæ sequitur ibi C. ad. in princ. nu. 2. vers. iij. quæro. contrarium teneat.

Quinto limita, non habere locum in beneficio simul cum præstimonio, vel pensione non concessa in titulum, quæ potest simul reneri; Secundum Imol. in d. Clem. gratiæ. de rescript. nu. 20. Curia in tract. de plurali. benefic. in fi. in v. cōclusionē arg. tex. in c. postulat. de rescrip. Et circa hanc regulam vltra supradictum casum, alios in quibus beneficium in iure nostro vacare dicitur. vltra Ioh. Corasi. in allega. tract. sacerdotiorum. in iij. par. c. vj. & Ioh. Franc. de Pauinis in tract. de offi. & potesta. c. sede vacan. in vij. præludis. xxxij. casus per Petr. Rebuff. in glo. ad concordat. in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione facienda. in §. monasteriis. pag. 106. col. ij. in glo. in verbo, vacantibus cum tribus seq.

REGVLA LXXII.

**BENEFICIA** sunt instituta, et ordinata a iure positivo, & non a iure diuino. Probatur in c. i. iuncta gl. in xij. q. j. vbi Dionysius Papa fuit inuentor, & diuisor ecclesiarum parochialium, facit text. in c. pastoralis. de his quæ fiunt a præla. & probatur in c. ij. de præben. lib. vj. & in c. j. vt lite pendē. vbi dicitur, qd Papa habet plenariam potestatem in beneficiis. per text. in c. proposuit de concess. præben. secus esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non haberet ordinariam potestatem. c. sunt quidam. xxv. q. j. Hanc opinionem tenet Abb. in c. cum olim. per illum text. de constitu. in reperi. c. extirpande. in §. quia vero, de præben. nu. 2. & in c. constitutus. nu. 13. de religio. domi. & in disput. incip. episcopus. col. ij. per text. in c. j. xxij. dist. vbi Papa instituit archiepiscopos, & alios in dignitate constitutos. facit etiam text. in c. in illis. lxxx. dist. Hanc opinionem tenet Ioan. de Selua, in tract. de beneficio. in j. par. q. iij. nu. 22. Petrus Rebuff. in gl. ad concordat. in Rubr. de constitutio. pag. 34. col. ij. in gl. in verbo, parochias. & ita communiter teneri dicit Christo. Iacobatus, in suo lib. 4. de concilio. artic. 4. pag. cccxxix. col. 2.

1 Amplia primo, habere locum in beneficiis regularibus: quia beneficia regularia habuerunt ortum & originem a iure positivo. Per text. in c. cum de beneficio. de præben. li. vj. facit etiam text. in c. ad monasterium. de stat. monacho. vers. nec alicui & in Clem. ne in agro §. cæterum. eo. tit. tex. in c. inter quatuor. de reli. domi. inducitur vt per Seluam in d. 4. par. nu. 28. qui tenet hanc opin.

1 Fallit in dignitate Episcopali, quæ dicitur instituta & ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in locum Apostolorum vt in c. in nouo. vers. ipsis quoque xxj. dist. et in Clem. si quis subdente. §. nec super vers. Episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati